



Disputatio juridica quadragesima-tertia, ad Lib. 33. 34. & tit. 1. Lib. 35. Pand.

<https://hdl.handle.net/1874/341239>

D I S P U T A T I O J U R I D I C A
Q U A D R A G E S I M A - T E R T I A ,
A D

Lib. 33. 34. & tit. I. Lib. 35. Pand.

Q U A M
F A V E N T E D E O O P T : M A X .
S U B P R A E S I D I O

Clarissimi Consultissimique Viri,

D. CYPRIANI REGNERI ab OOSTERGA,
J.U.D. nec non ejusdem Facult. in Illustri Traject. Acad.
Professoris Pandect. & p. t. Rectoris Magnifici.

Publicè defendere conabitur

GULIELMUS VANDER MEULEN, Ultraject.
Ad diem 3. Decemb. horā locoque solitis.



T R A J E C T I A D R H E N U M ,
T Y P I S G i s b e r t i à Z ü l l , & T h e o d o r i a b A c k e r s d ä y c k ,
c l o . I o . c . L I .

Nobilissimo ac Reverendo Viro

D.D. ANDREÆ VANDER MEULEN,
Ecclesiae S. Salvatoris Canonico Parenti
suo in æternum colendo.

N E C N O N

Nobilissimo & Generoso Viro

D.D. ALBERTO SCHACH DE
WITTENNAUW, Domino heredita-
rio in Balauw, Rodauw, Perclets, Delinx, &c. De-
putato ex Borussia ad Tribunal Poloniae
Amplissimo, Affini suo summo honore &
amore prosequendo.

D E N I Q U E

*Morum integritate Ornatisimo ac Præstantissimo
Iuveni Viro*

D. JOHANNI AB EWYCK,
amico suo singulari.

Hæc Iuridicas Primitias

D D D.

GUILIELMUS VANDER MEULEN,
Respond.

DISPUTATIO JURIDICA

QUADRAGESIMA-TERTIA,

A D

Lib. 33. 34. & Tit. 1. Lib. 35. Pand.

THEISIS I.



D l. 3. §. ult. tit. 1. Lib. 33. quæritur, an etiam jure Can. testator tales usuras injungere possit, quales describuntur in d. §. fin.? Sed supervacaneā operā, quum jure Divino & Moribus dicta questio dubii expers sit, etiamsi legatum illud annuum legitimū modum usurarum excedat. Etenim propter favorem ultimae voluntatis usura d. §. non tam ut usura consideranda est, quam ut legatum annuum ex bonis testatoris relictum. Diss. & rem judicat. vide apud Fachin. 6. c. 72. Bartol. in not. & Bus. ad d. §. fin. Adde & nostr. disput. ad tit. de usur.

Ad l. 16. tit. 2. quæritur, an légata ad pias causas, deficiente causa ob quam data sunt, ad heredes revertantur? Neg: d. l. 16. & l. 4. de adm. rer. ad civit. l. commiss. 14. de publican. & rectig. nisi testator expresse ita voluerit. l. Libert. 21. §. 3. Luc. de ann. legat. An ergo fleetenda in similes causas? Respondit Bacchov. ad Treutl. disp. 13. vol. 2. thes. 2. lit. d. quidquid etiam Wcfemb. statuat, si disputemus in thes, & præsupponamus 1º. falsitatem religiosis. 2º. ex superstitione relicta esse & ex falsa causa, citra quam testatores relictū non fuissent. 3. Legata illa non in solos usus piros, sed etiam seculares translata fuisse, his positis recte defendi puto, quod quæ ita relicta sunt, saltem pro parte revocari, & vel dominis aut eorum heredibus restitui, vel in fiscum Principum, à quibus pleraque profecta præsummitur, jure dirigi possint. Adde nostr. disp. ad §. 9. Inst. de pub. jud. Diss. vide apud dd. DD.

Ad l. 19. queritur, an d. l. procedat, licet constet, quod testator uni usum fructum, alteri proprietatem legare voluerit? Sed frustra, quum hoc etiam in d. l. facti specie in casu dubio dicendum sit, atque adeo d. l. abroganda videatur, ut bene ex Aut. probat *Greneweg*. hic.

Ad l. 22. queritur, an pater, quando filius ejus ad dignitatem elevatus est, vel ipse monachus effactus, amittat usum fructum in bonis adventitiis filii? Sed otiose, quum hodie nullus pater in dictis bonis usumfructum habeat, nisi ei relictus sit. Vide tamen, si vacat *Fachin*. 6. c. 12. & 35. *Zoes*. ad h. t. n. 4. & seqq.

Ad l. 24. queritur, an ususfructuarius nomina debitorum sine cessione vel mandato heredis exigere possit? Sed cum hoc Moribus decifum sit, sive fructuarius in possessione sit, sive non sit, ut dixi in *not.* ad §. 21. *Inst. de legat.* ideo remitto Letorem ad *Fachin*. 12. c. 35.

Ad l. 32. §. 1. queritur de sensu & correctione ejus, de quibus nos alibi. Interim vide *Bachov*. ad *Treutl. d. thes.* 4. lit. g.

Ad §. 2. queritur, an & quando legato usuf. omnium bonorum etiam rerum venalium, & post testamentum ad quisitarum mentio facta videatur? Sed illæ quaestiones si repetitione dignæ videntur, videndæ sunt in *disp. ad §. 21. Inst. de legat.* & apud *Bus.* ad L 73. §. 4. de leg. 3. *Fachin*. 5. c. 62.

Neg:

Ad l. 35. queritur, an usuf. uxori legato donec vidua fuerit, fideicommissum Sejo substituto debeatur, quamprimum dicta vidua ad secunda vota transierit? *Aff.* d. l. 35. *Diss.* vide apud *Bus.* ad eand. Sed quid, si maritus uxori usumfruct. omn. bonorum legaverit sub conditione, si dotem non petierit, potestne hoc casu finito usufructu dos exigiri? *Neg:* quia testator uxori non adjecit certum tempus, ergo tunc demum usumfr. legasse dicendus est, si nunquam dotem repetierit. *arg.* l. un. §. 3. vers. nisi &c. *C. de rei uxor. att.* *Diss.* vide apud *Fachin*. 12. c. 64. Si tamen heredes sponte dotem offerant, non amittet usumfructum, etiamsi acceperit; quia nemo facile juri suo renuntiâsse præsumitur l. 25. pr. de probat. *Diss.* vide apud eund. *Fachin. d. lib.* 12. c. 65.

Ad

Ad l. 37. quæritur, an uxor inops juxta Auth. Præterea. C. unde vir. & ux. usumfructum duntaxat quartæ partis consequatur? Item quæritur, an pater virilem ususfr. portionem prætendat per liberos emancipatos, an vero ut heres uxorij ejusque successor? Sed præterquam quod istæ quæstiones hujus loci non sint, nec difficultioris decisionis, usum non habent, ut videre est apud Groeneweg. add. Auth. & Zyp. in notit. jur. Belg. tit. und. lib. Guidelin. de jure noviss. 2. c. 16. & Groeneweg. ad l. 3. C. de bon. matern. Vide tamen, si lubet, Fachin. 6. c. 42. & lib. 10. c. 72. Sed quid, si uxorius fructus quidem legatus est, sed liberi heredes instituti sunt, tantumne uxorij alimenta reicta videntur? Neg: l. Ille 25. §. 1. de leg. 3. & l. non alit. 69. pr. eod. Diss. vide apud Fach. 5. c. 47.

Ad l. ult. quæritur, an ususfructarius omnium bonorum ex alienum vel legata solvere teneatur? Neg: d. l. ult. Ratio est in l. sub signat. 39. §. 1. de V. S. Sed hoc onus heredi incumbit. l. 1. C. si cert. pet. Diss. vide apud Treutl. disp. 16. vol. 1. thes. 3. lit. b. & ibi Bacchov. Fachin. 4. c. 19. & lib. 13. c. 28. An & quomodo d. l. ult. emendanda sit, forsan in not. animadvertemus. Vide interim Treutl. d. disp. 13. thes. 4. lit. b. & ibi Bacchov. Bus. ad d. l. ult. Zoef. ad tit. de usuf. n. ult.

III.

Ad l. 3. tit. 3. quæritur, an & quomodo d. l. verba quædam emendanda & transponenda sint? Sed cum d. l. in mera subtilitate consistat, atque adeo abrogata videatur, ut notat hic Groeneweg. remitto Studiosos ad Treutl. d. thes. 4. lit. b. & ibi Bacchov.

Ad l. 1. §. 2. l. 2. & 4. tit. 4. quæritur, an dote prælegata annua bima trima die, unum legatum sit, an vero plura? Sed frustra, teste etiam Bacchov. ad Treutl. d. thes. 4. lit. l. idque tum propter jus novum in l. un. §. cum. aut. 7. C. de rei uxor. alt. tum propter mores, de quibus Autumn. & Groeneweg. ad d. l. 4. nos in not. ad §. 15. Inst. de leg. Diss. vide apud dd. DD.

Ad §. 12. d. l. 1. quæritur, an in dote prælegata detractio

Falcid. locum habeat? Sed cum dicta quæstio in multis locis
Usum non habeat, de jure Romano dispuo, quod lubet. Diff.
vide apud Accurs. Bus. Pac. hic. Sed quid, si pater partem legati
in dotem dederit, teneturne heres reliquam partem solvere?
Aff: quia debetur, quod legatum est. Diff. vide apud Fachin. 5. c. 55.

Ad tit. 5. queritur, an differentia sit inter optionem & elec-
tionem? an optio certis verbis facta sit? an per procuratorem
fieri possit? an legatario competit electio, et si legatum relictum
sit per damnationem? Sed cum istæ quæstiunculae vel jure novo
vel moribus decisæ sint, sufficiat indicasse Autores, qui eas ex-
cutiunt. Zoef. ad h. t. Hotom. illust. quæst. 34. Treutl. d. thes. 5.
lit. a. & ibi Bacchov. Quod etiam optio vel electio ex contractu
ad heredes transferatur, extra dubium videtur. §. pen. Inst. de
inut. stipul. & l. hered. 62. de R. I. Diff. vide apud Treutl. d. thes.
5. lit. a. in fin. & ibi Bacchov.

IV.

Ad l. 1. & 5. tit. 7. queritur, an dd. ll. pugnant cum l. in te-
stum. 12. de R. I. hoc est, queritur, an revera nulla sit differentia,
inter legatum quo testator fundum & instrumenta ejus legavit,
& legatum fundi cum instrumentis ejus? Aff: d.l. 12. & l. 12. §.
2. de usu & habit. Plures rationes allegavimus in not. ad §. 17.
Inst. de legat. An ergo fundo & instrumento ejus legato instru-
mentum extinguitur, si fundus interiit? Ne quidem de jure Ro-
mano. d. l. 5. Diff. vide apud Bacchov. ad Treutl. d. thes. 4. lit. d.
Zoef. ad h. t. Ad l. 4. probo ceusuram Autumni, de qua iti-
dem latius in not.

Ad l. 12. §. 27. & seq. queritur, an & quomodo dd. §§. con-
ciliandi sint cum pr. l. Sej. 20. eod. tit. & quomodo §. pen. d. l.
12. concilietur cum l. 18. §. pen. eod. hoc est, queritur, an &
quando sub appellatione suppellectilis continentur ea, que ad
usum quotidianum pertinent, seu quando per subjectam enu-
merationem aliquarum specierum, legatum minuatur & restrin-
gatur? Dixerim saltem in abstracto, regulariter non presumen-
dam voluntatem codicillis coarctatam. d.l. 12. de R. I. & d. §.
pen.

pen. l. 12. b. t. & l. 9. de suppell. leg. An ergo in d. §. pen. & d. pr. l. 20. aliquid expungendum vel mutandum sit, vide apud Bachov. ad Treutl. d. thes. 4. lit. d.

Ad §. 15. d. l. 12. & l. 16. pr. queritur, quomodo dd. text. convenienter cum l. si mancip. 19. §. 1. b. t. Sed frustra, quum in abstracto certum sit, quod supplex non continetur sub appellatione instrumenti. d. §. 27. & 28. l. 12. & d. l. 16. ubi apparet dissensionem hic inter veteres JC^{ros}. fuisse. Diff. vide apud Autumn. in cens. Gall. ad d. l. 19.

Ad l. 20. §. 2. & l. 27. §. 3. queritur, an dd. §§. censura digni sunt? Sed de hac quest. commodius in not. ad dd. §§. Vide interim Autumn. in conf. du droict. hic.

Ad l. ult. queritur, an d. l. recte abrogata sit? Neg: propter rationes in d. l. allegatas, que tamen difficilius in legato navis obtinerent. d. l. 12. de R. l. Diff. Autumn. & Groenewv. ad d. l. ult.

V. Ad l. 6. & l. 14. §. 1. tit. I. Lib. 34. queritur, an dd. textus censura notandi sunt? Aff: quia in illis invito communi usu loquendi, & reclamante proprietate vocabuli extensiō voluntatis fit. Facit l. 8. §. 12. de transact. & ibi Autumn. Groenewv. ad d. l. 6. & 14. An ergo nec medicina appellatione alimentorum continentur? Non continetur, propter rationes modo allegatas. Diff. vide in not. ad Bart. in d. l. 6.

Ad l. 10. §. 2. queritur, an d. §. cum æquitate & aliis legibus pugnet? Neg: quia prestatio alimentorum necessario ex dote legitima colligitur, ut antecedens ex sequentibus. Diff. Autumn. in cens. Gall. hic.

Ad l. 2. & 4. tit. 2. queritur, an dd. II. iniuitate laborent? Vide, inquit D. Groenewv. censuram dd. II. apud Autumn. ad easd. ubi recte quidem supetiis affirmat, sed adulterina utitur ratione. Nos, nifallor, genuinam dedimus in not. ad §. 10. Inst. mand. & ad l. 26. D. eod.

Ad l. 9. & 35. queritur, an d. l. 9. loquatur de tempore conditi testamenti? Neg: per d. l. 35. in fin. pr. Ratio est ex verisimili voluntate.

li voluntate testatoris, qui scivisse præsumitur, testamentum
demum post mortem testatoris effectum sortiri, atque adeo
æstimationem dari voluisse, quæ tempore mortis presens erit.
Diff. vide apud Molin. ad cons. Paris. §. 1. gloss. §. n. 17. & seq.
Bus. ad d. l. 9.

Ad l. 19. pr. & l. 27. §. 1. queritur, an Cic. in topic. contra
Vipian. in dd. ll. sub appellatione omnis auri recte comprehen-
dat nummos aureos? Aff: quia regulariter posito genere univer-
se, omnes ponuntur species. l. semper 147. de R. I. & l. 70. §. 1.
de leg. 3. Vide Logic. nostr. jurid. q. 69. Idem censet Autumn. hic
quod tamen de Moribus nostris non ausus est affirmare D. Groe-
nevveg. ad d. §. 1.

Ad l. 13. §. 2. queritur, an mares vestibus muliebribus ho-
nesta in scenam prodire possint comedice vel tragedie agende
causa? Distinct. ut colligere est in l. 1. §. 5. de his qui not. infam.
Diff. vide apud Theol. ad c. 22. Deut. Alberic. Gentil. de actorib.
& spectat. fab.

Ad l. 30. queritur, an & quando particula seu conjunctum
vel disjunctum accipiatur? Dixerim d. partic. in casu dubio dis-
junctum interpretandam esse, quum sit conjunctio disjunctiva,
nisi ex rei natura aliter dicendum videatur. Diff. vide apud Bus.
ad d. l. & Fachin. §. c. 68.

Ad l. 34. pr. Autumn. in cens. sua Gall. perstringit JC^l. Pomi-
ponium ob d. pr. quod de Moribus suis affirmare, temerarium
censet Groenev. hic, qui tamen alibi non uno in loco fatetur,
Mores non sequillud jus Romanum, quod magis in subtilitate,
quam equitate consistit. Nec ignorat Idem, plenius interpre-
tandas ultimas voluntates. l. 12. de R. I. An. & quomodo §. 2.
emendandus sit, vide apud Cajac. 2. obs. 39. Bus. ad l. 6. de leg. 1.

Ad l. 38. §. fin. questio, proponitur, quæ usum non habet,
ideoque eam non decido, sed demonstro apud Bus. & Gothof.
ad d. §. ult.

V.I.

Ad l. 25. tit. 3. queritur, an d. l. contraria sit l. si sic legat. 75.
S. 2.

§. 2. de leg. 1. Neg: quia d. l. 25. narrative accipienda est, ut apparet ex verbis, poterit dici, illud tentari poterit, &c. An ergo recte distinguitur inter falsam demonstrationem & falsam conditionem sive causam? Aff: d. §. 2. cui non adversatur l. 17. vel l. 72. §. 6. de condit. & demonstrat. Diff. Autumn. ad d. l. 25. cuius censuram videndam dixit Groenev. ad eand.

Ad l. 28. non video, cur Nonnulli referant, quod quidam Advocatus ab inferis reversus testato prædicavit, d. legem 28. sibi causam perpetuæ damnationis attulisse. Vide Costal. ad l. 1. de justit. & jur. Panorm. in addit in c. ult. de success. ab intef.

Ad l. 30. Autumn. reprehendit Paulum, quod responderit, non tam quod fieri debet, quam quod alii sentiunt. Cæterum responsum ejus adprobatum à Justiniano esse, tum d. l. tum ratio ejus evincunt.

Ad l. 31. §. Titia 2. quæritur, an in d. §. particula negativa expungenda sit? Aff: d. l. 28. §. 4. b. t. ubi eadem facti species, quæ perspicua & quitate nititur? Diff. Autumn. ad d. §. 2.

VII.

Ad l. 3. §. 7. tit. 4. quæritur, an in pr. d. §. aliquid emendandum sit? Sed cum mens d. §. evidens fiat ex l. 8. §. 3. de leg. 2. nihil definio. Sed debeturne jure novo legatum utriusque, quando non constat, cui ex duobus Titiis testator legaverit? Neg: d. §. 3. junct. l. 27. C. de testam. Diff. Groenerreg. ad d. §. 7. l. 3. b. t. Sed recte sentit, §. uit. d. l. 3. abrogandum esse. Rationes vide apud Eund. d. loc.

Ad l. 5. quæritur, an Cajo legatum ademptum videatur, si testator ita dixerit, do, lego Sempionio, quod Cajo legavi? Aff: d. l. 5. Diff. vide apud Fachim. 5. c. 52.

Ad l. 18. & l. 24. §. 1. quæritur, an legatum revocatum intelligatur, si testator hoc remunerandi causa alicui donauit? Aff: per ea, quæ dixi in disp. ad §. 12. Inst. de legat. Diff. vide ibid. Sed quid, si Ecclesiæ legatum relictum sit? Idem dicendum est propter ea, quæ dixi in d. disp. d. loc. Diff. vide ibid. An sub generali legatorum ademptione legatum ad pias causas contineatur, Vide in d. disp. ad pr. Inst. h.t.

Ad

Ad l. 31. §. 1. quæritur, an in fin. d. §. negatio inferenda sit, hoc est, an fideicommisso adempto, etiam legatum ademptum videatur? Neg: posterius. l. 17. & 60. de leg. 2. An ergo particula non adjicienda sit in fine d. §. an variaverit Scœvola, vide apud Autumn. hic & apud Treutl. d. thes. 4. lit. f. & ibi Bacchov.

VIII.

Ad l. 1. tit. 5. quæritur, an in fin. d. l. negatio retinenda sit? Neg: per ea, qua his tradit Accurs. Gothof. & Bacchov. ad Treutl. thes. 5. lit. a.

Ad l. 2. quæritur, an legatum Canonicis relictum adquiratur Capitulo? Aff: arg. d. l. 2. Diss. vide apud Fachin. 5. c. 41. Sed quid, si Episcopo vel Sacerdoti in nomine proprio legatum relictum est? Ecclesiæ non adquiritur, nisi loci vel templi mentio facta sit. l. ann. 20. in fin. de ann. legat. Diss. vide apud Fachin. d. lib. 5. c. 40.

Ad l. 1. tit. 6. quæritur, an d. l. interpolata à Triboniano sit, & quare conditio impossibilis sive turpis hic vitiæt legatum? Sed istæ quæstiones, & similes, quas hic Treutl. in thes. 6. disputat, à nobis alibi excusse sunt. Vide Bacchov. ad Treutl. d. loc.

Ad l. 2. quæritur, an virginī mille legatis si nubat, ducentis si monasterium ingrediatur, debeantur mille, licet monasterium ingressa sit? Neg: arg. d. l. 2. Quimmo in abstracto virginī legatum relictum, si virgo manserit, non debetur, si matrimonium contraxerit. d. l. 2. Diss. vide apud Bart. & Bus. ad d. l. 2. Fachin. 5. c. 54.

Ad l. 3. tit. 8. quæritur, an Moribus rectius legatum damnato in exilium relictum fisco applicetur? Aff: quia quod turpi personæ, & cum damno Reipub. relictum est, confiscatione dignum habetur. l. 13. tit. seq. Sed quod indignis in tit. seq. auctoratur & fisco adquiritur, Moribus justius ad heredes ab intest. pertinet, vel alios, quibus testatorem voluisse dare liquet. Vide Groenewr. ad d. t. C.

Ad l. 11. d. t. 9. quæritur, an partem rogatus restituere incapaci & turpi privetur tota hereditate, si partem vel restituit, vel promisit,

promisit, se restituturum esse? Neg: arg. d. l. 11. Cæterum heredem & alia poena mulctandum puto, quum per ablationem partis non heres puniatur, sed testator, qui eam turpi personæ reliquit. Diss. vide apud Zoes. ad h. t. n. 8. Au ergo heres dictam partem non potuit sibi reservare salva conscientia? Non potuit, quia juste fisco cedit. Adde l. 18. h. t. Diss. vide apud eund. Zoes. n. 10.

Ad l. ult. pr. queritur, an Moribus, quibus heredis institutio inter virum & uxorem prohibetur, generosorum heredem instituere possit? Neg: d. pr. sed particula negativa expuncta. Quam expunctionem suadent tum latinitatis, tum l. pen. §. 2. de bon. libert. l. 15. de inoff. testam. & plures aliæ rationes, quas videre est apud Argentr. ad conf. Brit. tit. 12. art. 218. gloss. 9. & per tot. Christian. vol. 3. tit. 16. decif. 137. n. 7. Accurs. ad h. l. ult. VVamef. conf. 41. cent. 5. Quanquam & alia ad d. pr. l. ult. responsio supersit. Adde l. 10. in fraud. pr. h. t. & l. contr. leg. 29. de legib. Diss. Plurimi. Quid de iustitia illorum Morum sentiam, significavi in disp. ad tit. de donat. int. vir. & uxor.

IX.

Ad l. 1. §. 1. tit. 1. Lib. 35. queritur, an legatum certo die solvendum ante diem solvi possit? Aff: per ea, que dixi in disp. ad §. 2. Inst. de V. O.

Ad §. 2. & l. 75. queritur, an & ille dies incertus sit, & conditionem faciat, qui dubius est, an exiturus sit? Aff: l. si. cui 49. §. 1. & 2. de leg. 1. l. si mat. 33. de vulg. & pup. subst. Diss. vide apud Bacchor. ad Treutl. thes. 1. lit. e.

Ad §. ult. & l. 99. queritur, an legata in d. §. cum certa quantitate eatenus saltem conditionalia sint, ut heres liberetur à prestatione ejus, quod natum non est? Aff: arg. d. §. fin. l. 8. §. 2. de leg. 2. l. 5. de trit. leg. Diss. vide apud Treutl. thes. 4. lit. b. & ibi Bacchor.

Ad l. 7. 18. & 79. §. 2. queritur, an cautio Muciana etiam in contractibus locum habeat? Sed nos de hac questione ad tit. de V. O.

Ad

Adl. 15. quæritur, an legatum sub conditione relictum, si
nubat in familia, debeatur, licet nec copula nec deductio in do-
minum intercesserit? Sed frustra, quum hodie ita servetur. Vide
nosfr. disp. adl. 5. & 6. *de rit. nupt.* & *Bus. add. l.* 15. *Fachin.* 5.
c. 49.

Adl. 52. 69. dixi in *disp. præced. thes.* 8.

Adl. 71. §. 3. quæritur, an legatum dotis extraneæ relictum
conditionale sit? *Aff:* *d. §. 3.* *Diff.* vide apud *Fachin.* 5. c. 48.

Adl. 102. quæritur, an *d. l.* extendi possit ad liberos ex filio
adoptivo natos? *Aff:* præsertim si substitutus extraneus sit,
per ea, que dixi in *disp. ad tit.* *Inst. de adopt.* *Diff.* vide apud *Fa-*
chin. 4. c. 58. Quid dicendum de liberis naturalibus? Illos fidei
commissarium non excludere, dixi in *disp.* 40. *thes.* 6. *Diff.* vide
apud *Fachin.* *d. lib.* 4. c. 60. Quid denique, si liberi jam tempo-
re testamenti existebant? *Idem* *d. l.* 102. *Diff.* vide apud *Fachin.*
d. lib. 4. c. 59. Reliquas questiunculas, que ad alias *huj. tit. le-*
ges moveri possent, commodius in not. dissolvemus.

F I N I S.